non recedam donec restituas michi vnicū filiū quem amiſi. Mirabilis certe deus in ſanctis ſuis faciens prodigia inſueta. ſtatim vt terram extincti pueruli corpus tetigit. eidem eſt aīa coniuncta Quidam vir corpus cuiuſdam filij ſui de ſepultura in qua per triduum ſteterat extractum. mox ad foueā illam currens detulit. et illud in foueā ſic proiecit. Qui Juuenis fuit illico vite priſtine reſtitutus

Si mirabilia pene forent miracula que pacta ſūt a mane vſqz ad veſpas. quo quidē tēpore glorioſū Jheronimi cadauer de fouea diſſepultū in altari exītit collocatum. Sed tñ ad hmōi miracula vlterius nō procedā. Vnū quod nocte ſequēti accidit nō ſilebo. Jn hora ſiquidē veſptina corpus illd ſacratiſſimū ī monumēto qd̄ pparauim9 poſuim9. ſʒ mane monumentū vacuū eſt repertum. et corpus ſāctiſſimū fouee priſtine inuenim9 rēſtitutū Quo dum ego plurimū admirarer nocte ſequēti michi dormiēti btūs Jheronim9 apparēs in viſioē plurima michi grādia patefecit. Sʒ inter cetera vba. talia m̄ dixit. Noueris cyrille q corp9 meū de fouea ī q̄ iacet nullaten9 extrahet. quouſqʒ ciuitas iheruſalē ab infidelibꝫ capiet. Quo quidē tpe romā delatū ibidē multo tpe requieſcet. Ad hec expgefcūs q̄ viderā cūctis epis et alijs viris catholicis enarraui qd ā qñ hec eucient alit nō

agnoſco. Si quit vtile aut bonū in hac epiſtola dixi: non meis ſ; glorioſiſſimi Iheronimi meritis imputetur. Si quit vero ſuperfluum inutile et non bonum dixi: ſolum mee inſipientie et negligentie cauſa hoc accidiſſe ab omnibus iudicetur. Mei Auguſtine kariſſime in tuis oracōnibus memor eſto Amen.

Explicit Epiſtola beati Auguſtini doctoris Eximij ad beatum Cyrillum ſecundū Ierosolomitanum Epiſcopum de magnificētijs Eximij doctoris beati Iheronimi preſbiteri.

Incipit Epiſtola beati Iheronimi. Ad Suſānam lapſam.

Puto leuius eſſe crimē. vbi homo peccatum ſuū vltro confitetur. q̄ꝫ vbi celans mala inuitus detegit. et nolens publicat. Quid agis anima. Quid cogitacōnib9 eſtuas. Quid nō irrūpis voce mētis tue. exponēs ardorem. vt aliquod ſolaciū capias. hoc plane hoc erit quaſi remedium qddam egritudinis tue. ſi apto ore. cōceptū digiras ſceleris. Nam vulnus tumidū q̄uis grue. cum fuerit aptū euaporans preſtat refrigeriū paſſioni. Audite qui ꝓpe eſtis. et qui lōge quī timetis deum. et eccia; ei9. Gaudeo cū gaudetis et triſtis

Explicit epistola beati Cirilli secundi Jherosolomitani episcopi ad beatum Augustinum eximium doctorem de gloria beati Jheronimi doctoris egregii

ſum cum lugetis. ſicut ſcriptum eſt. Gaudē cū gaudentibus. flere cum flentib9. Vos inq̄ ap pello qui caritatem criſti veriſſimam retinetis. ⁊ non ſuper iniquitatem gaudetis. ſed pocius i gemiſcitis. Aduertite verba oris mei. ⁊ an hec iuſto ex dolore procedant iudicate. Virgo nobil dei ditata xp̄o. ſapiens erudita. ruit in foueam turpitudinis. concepit dolorem. peperit iniqui tatem. Se perdidit. eccleſiam maculauit. hinc omnis anima criſtiana graue vulnus excepit quia datum eſt ſanctum canibus. et margari te miſſe ſunt ante porcos. A rapidis enim ho minibus nomen laceratum eſt ſanctitatis. Et ab immundis et luteis precioſum conculcatū eſt propoſitum ſanctitatis et caſtitatis. Hinc eſt9 animo meo. Hinc inſanabilis dolor. quia vnū malum bona plurima ſecum trahit. Et vnius anima peccatricis totam lucem pene ob ſcurauit eccleſie. Audite me nunc omnes popu li. et videte dolorem meū. Virgines mee ⁊ Ju uenes mei abierūt in captiuitatē. Vere hec eſt captiuitas vbi aīe pccō captiue ducūtur. Aſſu mam ergo vocem ꝓpheticam ⁊ flebilit dicā. Ad te ꝰ nūc michi ſmo eſt. que caput hoꝝ et cau ſa maloꝝ es. que multiplicit miſera. cū gloria v̄ginitatis nomē etiā pdidiſti. Nephas eſt eni ſuſānam vocaī nō caſtā. nō licꝫ noīari qd̄ nō ē.

Vnde incipiã. Quid primum. Quid vltimũ dicam. Bona cõmemorem q̄ pdidisti. an mala defleam q̄ inuenisti. Eras virgo in paradiſo dei. vtiq3 inter flores ecc̄ie eras ſponſa xp̄i. Tēplũ dñi eras. habitaculum ſpũs ſancti. Et quotiēs dico eras. neceſſe ē tociēs ingemiſcas. quia non es quod fuiſti. Incedebas in eccia tanq̄ columba illa de qua ſcriptum eſt. Pēne columbe deargentate et poſteriora eius in pallore auri. Splēdebas vt argentum. fulgebas. vt aurum. cū ſincera cſciencia pcedebas. Eras tanq̄ ſtella i manu dñi. nullas belli nebulas. nullum. ventum ptimeſcebas. Que iſta ēpente cõuerſio que iſta repentina mutacõ: de dei virgine facta eſt corrupcõ ſathane. De ſponſa criſti ſcortũ execrabile de habitaculo ſpũs ſancti tugulum diaboli. de templo dei. fanum immũdicie. Que incedebas cum fiducia vt columba. nũc lates in tenebroſ vt ſtellio. Que fulgebas. vt aurum ppter virginitatis decorē. nũc vilior facta es q̄ lutum platearum. vt etiã indigno 4 pedibus cõculceris. Que fueras ſtella radiãs in manu dñi. veluti de alto ruens celo. lumē tuum extinctũ eſt. Cõuerſa es in caribdim. ve tibi miſera Iterũ ve que tãta bona ppter pui tpis luxuriam perdidiſti. Quam tibi ſpem apud xp̄m dñm reliquiſti. cuius menbra meretricis feciſti. Quãs te ſpiritus

viſitabit· cum eum repudiaueris. Quis te a co gitationibus quoqꝫ ſordidis longe faciet. Sꝫ veniamus ad humana. vt illa diuina noſcant Quis ſanctorum vel que ſanctarum tibi proxi mare non horret. Aperi oculos ſi potes. erige frontem ſi vales aliquem ſanctorum intueri fi ducialiter. Nonne faciem tuam conſcientie. cō miſſa tamꝙ̄ plumbum inclinant. et deprimūt Nonne tenebre ante oculos et caligo verſabi tur. Nonne timor et tremor animam tuam et menbra tua quaſſabunt. Quid facies coram ca ſtis apoſtolis. Quid facies coram helia ꝗ danie le et tantorum exercitu ꝓphetarum. Quid faci es coram Johanne. Quid facies coram marie et tecle immaculato thoro puritatis. Quid deni qꝫ coram angelis ſanctis. Nonne ſplendore et claritate immaculatoꝝ quaſi fulminibꝰ pcuſſa conbureris. Sꝫ dictura es forſitan. non potui ſu ſtinere. quia carnē fragilē circumferebam. Reſ pondet tibi ſancta eccīa. cū ſuis innumerabilibꝫ ſocijs. Et nos eadē carne fuimꝰ amicti nō tamē plenū ꝓpoſitū caſtitatis nr̄e aut fragilitas car nis potuit mutilare. aut ſeuicia tyrannorum ꝑ varia tormenta deicere. Reuera non poteſt ca ro corrumpi. niſi fuerit mens ante corrupta. Remanebit igitur in crimine anima q̄ carnem ꝑdit in crimine. Sed dicis nolui hoc malum.

ſi paſſa violentiam. Rñdebit tibi illa fortiſſima
ſuſanna. cui9 tu nomen fallaciter baiulas. Ego
inter duos preſbiteros poſita inter duos itaqꝫ
iudices populi. inter ſiluas padiſi ꝯſtituta. vim
ci nõ potui quia nolui. tu ab vno ineptiſſimo a
doleſcente in media ciuitate quõ vim potuiſti p
ferre. niſi quia vltro violari voluiſti. Quis demi
qꝫ tuas voces audiuit. Quis obluctacões ſen
ſit. hoc cui tã certum. plus illatam violentiam
voluiſti detegẽ ſcelus. Si nõ alijs. vel tuis pen̄ti
bus. vel tuis ſororib9 debuiſti. Eſſet enim excu
ſatio felicitatis. eſſet a cõſcientie plena purga
tio. ſi hoſtem pudicicie deduxiſſes in publicum
Sed erubuiſti forſitan. ne te violatã multi cog
noſcerent. Vt quid timuiſti vbi nõ erat timor
Eſto autem pudor ꝓhibuerit. Quid de ſecũda
cõmixtioẽ dices. quid de tercia. quid de frequẽ
ti cõmertio feditatis. Ceſſat iã violentie figmẽ
tum ceſſat ruboris argumentum. Vbi tociens
menbra illa dicata xp̃o celeſti. mecho tuis viſce
ribus poluẽda prebuiſti. horret anim9. mens e
beſcit. cum ad ꝑmum ſceleris puenitur. Nam
et medic9 q̃̃p q̃̃p fortis ſit animo. cum alca9 ſecat
vulnus puto ex pte aliqua ſuſtinebit horrorem
Heu pdita Iã nec intelligis oẽs vias excuſatio
nis penitus excluſas. iam nec ſentis q̃̃p cum tibi
mali in ãia. et in carne nepharia libido cõtulẽit

Non iſtam ɔfuſionē de te. tu⁹ exſpectauerat pa
ter· qui te ſibi ſingularem gloriā ɔputabat. Nō
hūc luctū· ⁊ has lacrimas ex te ſibi naſcituras
crediderat mater· q̄ ꝑtus ſui gemitus ꝑ tuam v̄
ginitatem ſpabat ē quie cōfoueri. Non fratres
tui· non ſorores hoc ex te dedec⁹ exſpectabant·
quos omnes quaſi vno gladio tui ſceleris gra
uiter ſauciaſti. Et ſi fuiſſes quaſi ſorte defuncta
defleſſent te modice ꝓpter deſiderium ꝑentes· ſꝫ
exultaſſent ſuauiter· quia immaculatam ꝑmiſe
rāt virginem· hoſtiam viuā deo ꝓpiciatricē viꝫ
ſuorum delictorum. At nūc plangunt mortuam
viuam· ⁊ non viuam· mortuā vtiqꝫ gloria reſur
rectionis· viuam dedecoris turpitudine. Ingra
tus eſt pater ſuis viſceribus· e quibus ſata es
maledicit mr̄ ſuo vtero· ex q° in hanc lucē infe
liciter ꝓceſſiſti. nec tn̄ modū ſuo dolori īpiunt
niſi hoc plane ſolū videnē ſibi habē ſolaciū· qꝫ
nec te pr̄ ɔpulit· nec mater coegit vt v̄ginitatē
ꝓfitereris. quā vltro ⁊ ꝓpria volūtate profeſſa
es. In tantū tibi miſera non intelligis pondus
in die iudicij creſcere· quia non ſeruaſti quod
vltro ꝓmiſiſti. Quibus ſpinis te ſerpēs ille ne
quiſſimus obligauit· quibus te venenis inter
fecit· ille quī euam decepit vt tanta te cecitate
ꝑcuterꝫ. tantā in te aī tui fecerit obliuionē· nō es
memorata diei ſancti· diei dominice ēſurrectōis

in quo d̃ino altari te obtuliſti. In tãto itaqꝫ ſo
lempni cõuentu eccľie. inter lumina neophitoꝝ
inter candidatos ẽgni celeſtis. quaſi regina re
gi proceſſiſti. Non es memorata. Qualis ad
te die illo facta eſt allocucõ. Aſpice filia. intuere
virgo. quãtus ad ſponſi tui ⁊ dñi gloriam con
uenerit populus. Seruare te oportꝫ fidem quam
ſub tantis teſtibus polliceris. Semp cogita cui
virginitatẽ tuã ſpoſpõderis. facilius te oportꝫ ſan
guinem cum ſpũ fundere. q̃ꝑ pdere caſtitatem
Hĩs tunc in illa die conſecracõis dictis. ⁊ mul
tis ſuper caſtitate preconijs. ſacro velamine te
cta es. vbi omnis populus dotem tuam ſubſcri
bens. non atramẽto. ſꝫ ſpũ. Pater clamauit. A
men. Vincor lacrimis. cũ hec humana conſide
ro exẽpla. pũgor ſtimulꝭ. Nã ſi inter decẽ teſtes
ↄfeſtim ſpõſalibus nupcijs ↄſumatis. quibꝫ femi
na viro cõiuncta mortali. non ſine piculo perpe
trat adulteriũ. quid vbi innumerabiles teſtes
eccľie coram angelis ⁊ exercitibus celi. facta copu
latio ſpũalis p adulterium ſoluitur. Neſcio an
poſſit ei condigna mors an pena cogitari. Dicit
aliquis. melius eſt nubẽ q̃ꝑ vri. hoc dictum ad
non pollicitam ptinet. aut non velatã. Ceterũ
q̃ fuit criſti. ⁊ ſanctum velamen accepit. iã nup
ſit. iam immõrli cõiuncta ẽ viro. ⁊ iam ſi volueit
nubẽ cõi lege ↄnubij adulteriũ ppetrat ancilla

mortis efficitur. Si eſt hoc ita. quid de ea dicen
dum eſt. que et occulta furtiua turpitudine con
ſtupratur. et fingit ſe eſſe quod nō eſt. Sed ad
te iterum redeo. q̄ obliuionem tantorum paſſa
es bonorum. et receptaculum tantorum facta es
malorum. Quomodo tibi i actu illo ignominio
ſo. non veniebat in mentem habitus vilis. pro
ceſſus ad eccleſiā inter virgineos choros. Quo
modo oculos tuos non perſtringebat lux vigili
arum. aures tuas nō penetrabāt ymnoꝝ ſpūa
lium cantus. Mentem tuam nō ventilabat lcō
num celeſtium virtus. Hoc vel maxime clamā
te apoſtolo fugite fornicacōnem. quia omne pec
catum quodcumq; fecerit homo extra corpꝰ eſt
qui aūt fornicatur i corpꝰ ſuū peccat. Et cū dicat
in corpus ſuum peccat. tamen in xpō peccar̄e de
monſtrat. Nam ſubiūgit nō eſtis veſtri. Nam
empti eſtis precio magno. glorificate deum in
corpore veſtro. Iterum inquit fornicacō et omis
immundicia nec nominetur in vobis. ſicut de
cet ſanctos. Et ſepoſita omni adulatione. ſentē
tiam figit Apoſtolus. Hoc inquit ſcitote. intel
ligentes quia omnis fornicator aut immundꝰ
non erit heres in regno criſti et dei. Hec tanta
et terribilia non veniebant tibi in mentem cū
ad illud opus nephariū tua mēbra paterēt. ſ̄
mortifera te obliuio tāq̄ in gurgitē altiſſimum

demergebat. ⁊ tanq̄ captiuam execrabilis libi do ducebat. Nonne vel illum locū tabulis ſeparatum in quo in ecc̄ia ſtabas recordari debuiſti ad quē religioſe ⁊ nobiles matrone certatim currebant. petentes oſcula oris. quia melior et dignior ⁊ ſanctior eras. Nōne vel illa precepta q̄ ſcriptꝰ pies ingerebat recordari debuiſti. diuiſa eſt mulier ⁊ virgo Que non eſt nupta ſollicita eſt q̄ dn̄i ſunt. quō ſit ſancta et corpore et ſpiritu. Nec corpore quidem fornicando. ſpiritu autem virginitatem menciendo. ꝑ nephas ſolet fama ſubſequi ſcem̄. tu autem ad malam famam peruenisti. Nam cum ante trienniū rumor quidā ⁊ ſuſurracō de te fuiſſet. tu ſinceritatē p̄tendebas. vindictam de inimicis tuis in ecc̄ia poſtulabas. Quos eſtus ego ſuſtinui quos pater tuꝰ pro tua pertulit opinione labores. req̄rens ſingulos et aſtringens. vt ad autorem infamie veniremus. Graue enim nobis erat et intollerabile de virgine. vel turpe quid dici. Nec hoc verebaris ne hos ante oculos haberes infeſtos. qui pro tua opinioē laborabant. multū temeraria. multum audax vt te cōſciencia nō terreat. ⁊ ſimulata virginitate putares te etiā deo poſſe non diſplicē. Sed ille qui dixit nichil occultum quod non manifeſtetur. ⁊ vos quidē feciſtis in occculto. ego autem faciā i maifeſto

Jlle qui non mentītur furtiuū ſcelus deduxit in
publicū. ꝛ in conſpectu ſolis hui⁹ tenebraꝝ ope
ra denudauit. Quicquid p̄cedit ſmo crudelior
cucurrerit. cupiēs moderari nō inuenit. Oblita
ergo ꝓpoſitū. oblita pentes. oblita ecciam totā
oblita honorē dignitatis. ꝛ iā pn̄tē terribili in
dicō conplexa es corrupcōnem. ꝛ protuliſti fru
ctum cōfuſionis. finē vero mortem ſeuiſſimam.
ꝛ interitum ſempiternum. Et certe non habes
quod de noſtra negligētia conquerarís. Quod
cumq; enim ad officium ptinet paſtoris. ꝛ tibi
et omnibus nō negatū eſt. Dilectō ſpūalis ad
hibita cōmonē non defuit. Ablata ergo domui
patris vt ſcriptum eſt. ad mōſteriū virginale
tn̄ſiſti. Jnt tot poſita. nō dico tutāda eſſe debu
eras ſi voluiſſes alijs tutelam preſtare. Sz fru
ſtra hec ꝛ alia ſunt ꝓuiſa. Fruſtra ymnum vir
ginitatis expoſui. quo et gloriā ꝓpoſiti ꝛ obſer
uantiā decātares. Seminaui ſec⁹ viā. ſeminaui
in ſpinis. ſeminaui in petroſa. Aut eni ex corde
tuo verba mea demones rapuerūt. aut mal co
gitacōib⁹ ſuffocata ſūt. ꝗ aruerūt nimio ardoē
libidis. heu me vbi putarā edificaē auꝝ argen
tū. lapides p̄ciosos. muēta ſūt ligna fenū ſtipula
mateia arſura. laboraſſe igit me dicā cū ꝓpha.
heu me qꝛ fact⁹ ſū ſicut q̄ colligit ſtipulā i meſſe.
Et q̄de ſi tibi ſoli dāpnū feciſſes eāt q̄de triſticia

ſ forſitan tollerabilis. Nunc vero q̄ꝑtas aīās hoc ſcelere tuo ſauciaſti. Quantas aīas. de ꝓpo ſito tuo penitere feciſti. Quanta etiam labia in fidelium inquinata. viam dn̄i blaſphemando. Apuit in nos gentilitas os ſuum aduerſus ec cleſiam ſanctam. ſynagoga iudeoꝝ ꝓpter tuū dedecus exultauit. Quid ſi is qui vnum ſcanda liſauerit mola circumligari ⁊ precipitari debet in mari. Quid de te pronuncias. p cuius ſcelus omnis anima ſauciata eſt. nomen dn̄i in genti bus blaſphematum eſt. Nonne quotiens dicit̄ O virgines. tibi cumulus iniquitatis accreſcit Iaces ecce vulnerata. iaces ecce proſtrata. Cu pio prodeſſe. ſed ſubuenire non poſſum. quia totum caput in dolore cor in meſticia. a pedibus vſq; ad caput. ſicut ait yſaias Nō ē malagma imponere. Infirmitas tua omē humane medi cine excluſit auxilium. Iterum et poſt hec inq̄t Conuertere ad me. nōq̄t nō eſt ēſina ī galaad aut medicus non eſt ibi. Quare nō aſcendit ſa nitas filie. populi mei. hec vtiq; dicta ſapientia ſapientibus hec ſentētia dei ad penitentiam vo cat peccōres. Penitudo eſt neceſſaria. neceſſaia eſt penitentia. q̄ aut equet crimina. aut certe ex cedat. Inde ergo ſi ſimplex pcēm hoc adulterij eſt. an duplex ſit. per illam necem q̄ facta eſt i occulto. Secundo penitentia non verbo agēda ē

ſed actu. Hec autem ſic agitur. ſi tibi preponas ante oculos dñi. q̄tam gloriam perdideris. et de quo libro vite nomen tuum deletum eſt. et ſi te iam poſitam credas xpe illas tenebras exteriores. vbi eſt fletus oculoꝝ et ſtridor dētium. nec aliud remedium eſſe cognoſcas poſt tunicam baptiſmi. q̄ penitentie ſolacium. Quātā vis afflictionem. quantum vis laborem et indecorem eris cōtenta dummodo ab eternalibꝰ penis liberis. Ergo hec tecum cogitans. et mēte cōgrediēs facti tui ipſa iudex eſto crudelior. In primis omnis cura vite huius intermittenda eſt tibi. Qua ſi mortuam te exiſtimās. ſicut es. quomodo poſſis reuiuiſcere cogita. Deinde lugubris tibi accipienda eſt veſtis. et mens et menbra ſingula digna caſtigacōne punienda. Amputentur crines. qui p vanam occaſionem luxurie preſtiterunt. defleant oculi lacrimis. qui maſculum nō ſimpliciter aſpexerūt. Palleſcat facies q̄ quondam rubuit impudice. totū demꝗ corpꝰ incuria et ieiuniis macerētur. Cinere ſparſo. et apto ciliſio perhorreſcat. quia male ſibi de pulchritudine placuit. Cor vero ſit liquens tamq̄ cera. Ieiuniis illicitans ſeipſum. quae ſit ab inimico ſubuerſum. Senſus autem crucietur. quia in menbris corporis dum haberet dominacōnē malum geſſit imperium. Talis vita talis actio

ſi fuerit pſeuerans dꝫ ſpare. et ſi non gloriã cer
te pene vacacõnem. dicit enim domin⁹. Conuer
timini ad me. ꝛ cõuertar ad vos. ſicut ꝯuerſus
dauid iuſtificat⁹. Sicut nyniue peccatrix illa ci
uitas. incumbentium ſibi euaſit interitũ pccõꝝ.
Sed tu q̄ iam ingreſſa es cognomine penitentie
vſqꝫ ad exitum vite inſiſte. miſera fortiter here
tanq̄ꝫ naufragus tabule ſperãs te ꝑ ipam poſ
ſe de profundo criminum liberari. Inhere peni
tentie vſqꝫ ad exitum vite. Nec tibi preſumas
ab humano die poſſe veniam dari. quia decipit
te. quicũqꝫ hoc tibi voluerit polliceri. Nuc enī
ꝓprie in dn̄o peccas ab ipſo ſolo quē remediũ
De te autē q̄d dicã. fili ſerpētis miniſter diaboli
violator templi dei. qui ĩ vno ſcelē duo criminã
ꝑpetraſti. et adulteriũ vtiqꝫ et ſacrilegiũ. Pla
ne vbi vas xp̄o oblatum dn̄o dedicatum. demē
ti temeritate polluiſti. ſicut balthaſar rex ille
pſarum. quia in vaſis dn̄i q̄ de templo iheruſa
lem fuerant ſublata bibē cum ſuis amicis et cõ
cubinis vſurpauerat. ipa nocte manu angeli ꝑ
cuſſus crudeli morte punitus eſt. Quid de te ar
bitraris ꝑdite ꝑiter ꝛ ꝑiture: quia vas racõna
bile ꝯſecratum xp̄o. ſanctificatum a criſto. teme
rarie impietatis polluiſti ſacrilegio. Et tu ꝓpo
ſiti immemor dei tui cõtemptor. meli⁹ fuerat te
omnino nõ fuiſſe natum. q̄ꝫ ſibi iehenna ꝓpriũ

filium vendicaret. Licʒ a te dura ↄſciencia ſcele
ris agat. p diuerſa precipitem. fugit eni impi9
nemine pſequēte. tñ nequit a paſtore etiã oĩi
morbide vel moriture medicaminis denegatum
ſit. Do cõſiliũ. p̄care vltro carcerē pnie. obruas
cathenis viſcera aie tue. gemitu ieiunĳſqʒ deſe
uiens. ſanctorum petas auxilium. iaceas ſub pe
dibus clericorum. vt non tibi p cor impenitens
theſaurizes iram in die ire. et reuelacõis iuſti
iudicĳ dei. qui reddet ſingulis ſcd̃m facta ſua.
Nec te in eorum numero conſtituas quos lugʒ
Apoſtolus paul9 qui ante peccauerũt inquit a
non egerunt pniam. ſup immundicias et forni
cacõibus a libidinibus q̄ geſſerunt. Nec tibi
de multitudine peccancium ſimiliũ blãdiaris a
dicas. nõ ſol9 hoc egi. multos habeo ſocios ſʒ
recogita. qȝ multitudo ſocioꝝ impunitatem cri
minum non facit. Nam ſodoma et gomorra in
totis quinqʒ ciuitatibus innumerabiles vtiqʒ
hitantes. a omẽs piter q̂ libidinoſe tractauerẽt
corpa ſua. ymbrib9 igneis cõplagati ſunt. So
l9 aũt loth de illo inhitabili effugit incẽdio qui
ſe ab illa turpitudine p̄ſtiterat alienũ. Exclude
ḡ vel nũc infelix de corde tuo. blãdimĩta ꝑpẽtis.
a luctu a fletib9 ↄtinuis dũ in corpe tuo immũ
do aĩa illa tenebroſa v̊ſat̃ ẽmediũ tibi in die ne
ceſſitatis acq̊re. ſp ante oculos hñs aplĩ ſniam

quia omnes nos manifeſtari oportz ante tribu-
nal xpi· vt referat vnuſquiſqȝ ꝓpria corporis ſe-
cūdum ꝙ geſſit ſiue bonū ſiue malum..
Quis conſolabit᷑ te virgo filia ſyon·quia mag-
ficata eſt ſicut mare cōtricō tua. Effunde ſicut a-
quā cor tuum contra faciem dn̄i. extolle ad eū
manus tuas· ꝓ remedio pccōrum tuoꝝ·accipe
igitur lamentū. Et primū quidem nullo die int-
mittatur pſalm⁹·quī ſine ocio cantand⁹ eſt et
vſqȝ ad verſiculum. Cor cōtritum ⁊ humiliatū
deus nō ſpnit·cum lacrimis gemituqȝ pcurre.
Inſuper hanc etiā lamentacōnem non ſine cō-
punctōne cordis in conſpectu diei iudicij infun-
de. Quis dabit capiti meo aquā et oculis meis
fontem vt defleā vulnera anime mee. Receſſit
ſonus ymnoꝝ et leticia pſalmorum et ſucceſſit
ſtridor dencium ⁊ fletus oculorum. Obmutui et
humiliata ſum·⁊ ſilui a bonis et dolor meus per
ſingulos dies renouatur· Concaluit cor meum
intra me·et in meditacōe mea exardeſcet ignis
Tremor ⁊ timor venit ſup me·⁊ cōtexerunt me
tenebre. Abiſſus circumdedit me·poſtremo de-
merſit caput meū in fiſſura inferni. Heu me ꝗꝛ
facta ſum ſicut gomorra. Quis miſerebit᷑ cine-
rum meoꝝ. Duri⁹ offendi ꝙ̄ ſodoma·qꝛ legem
neſciens illa deliquit·ego accepta gracia pecca-
ui in dn̄o·quem ꝓpiciatorem habui·⁊ perhenni

iniquitate offendi. O q̄ꝑ acerbꝰ fructꝰ luxurie. amarior felle. crudelior gladio. Quō facta ſum in deſolacōe. ſubito defeci. perij ꝓpter iniquitatē meā. velut ſompniū exurgentiū deo. in ciuitate dn̄i nulla facta eſt ymago mea. Deletū eſt de libro nomen meū. facta ſum ſicut noctua in domicilio ſicut paſſer vnicꝰ ſup tectū. Lugete mōtes ⁊ colles. lugete me beſtie ſiluaꝝ. reptilia terre. ⁊ celi volucres. Nā vos beate fere quibꝰ nullus metus de inferis. nec pena crudel' tartari. q̄ꝛ habētes ſenſū deliquimꝰ. Memēto dn̄e q̄ꝛ puluis ſumus. vide humilitatē meā ⁊ laborē meū. ⁊ dimitte oīa pccā mea. Tuꝰ ſmo verꝰ. tua promiſſio. Nolo inquit mortē pctōris. tm̄ cōuertat' et viuat. Ad te deus meꝰ ꝯuerſio mea. q̄ꝛ ſolus potes renouaē oīa. ⁊ ab inferis aīas ēuocas. Tu ſoluis ꝯpeditos tu eliſos erigis. mortuos ſuſcitas. Erraui ſicut ouis ꝑdita quē famulā tuā ne lupꝰ crudel' glutiat. Nec in inferno erit cōfeſſio Sordidatā nō aſpneris me. in ira tua dn̄e ſufferā q̄ꝛ peccaui tibi. Crudelitate dn̄e iuſtifices cauſam pnie cōfeſſiōis pſeuerātiā tribue. ne me induret deceptor. Michi grām ꝑſtari de tuo fonte cupio. ⁊ ineternū tibi adherē dn̄e deꝰ meꝰ.

Explicit Epiſtola Glorioſi Iheronimi. Ad ſuſannam lapſam.

## Incipit Epiſtola ſcī Jheronimi ad Elyodoꝝ

q Uanto ſtudio ⁊ amore contenderim. vt
pìter in heremo moraremur cōſciū mu
tue caritatis tue pectus agnoſcit. Quibꝫ
lamētis. quo dolore. quo gemitu te abeuntem
ꝓſecutus ſim. Iſte quoqꝫ littere teſtes ſunt. q̄s
lacrimis cernis interlitas. Verum tu quaſi p
uulus delicatus cōtemptum rogantis ꝑ blandi
menta fouiſti. Et ego incautus quid tūc agerē
neſciebam. Tacerem? Sed quod ardenter vo
lebam moderate diſſimilare non poterā. Impē
ſius obſecrarem? ſꝫ audire nolebas. quia ſimili
ter nō amabas. Quod vnū potuit ſpreta cari
tas fecit. quem pn̄tem retinere nō valuit. q̄rit
abſentem. Quō igitur ⁊ tu ipſe. abiens poſtula
ras vt tibi poſtea q̄ꝑ ad deſerta migraſſem inui
tatoria ſcripta trāſmitterē. ⁊ ego me facturum
ꝓmiſeram. inuito iam ꝓpera. Nolo priſtinarū
neceſſitatū recorderis. nudos amat hēmus. No
lo te antique pegrinacōis terreat difficultas.
Qui in criſto credis ⁊ eius crede ſermonibus.
Querite primū regnum dei. et hec oīa apponent
vobis. non tibi pera ſumenda. nō virga eſt. Af
fatim diues eſt qui cum xpō pauꝑ eſt. Sꝫ quid
ago? Rurſus improuidus obſecto. abeant pre
ces. blandimenta diſcedant. debet amor leſus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iraſci. Qui rogantem contempſeras: forſitā audi
as obiurgantem. Quid agis in paterna domo
delicate miles vbi vallum. vbi foſſa. vbi hyē
ps acta ſub pellibus. Ecce de celo tuba canit. ec
ce cum nubibꝰ bellaturꝰ orbem imꝑator arma
tus egreditur. ecce bis acutꝰ gladius ex ore re
gis ꝓcedens. obuia queqȝ metit. ⁊ tu michi de
cubiculo ad aciem. tu de vmbra egrederis ad ſo
lem. Corpꝰ aſſuetū tunica. lorice onus nō fert.
Caput oꝑtum lintheo galeam recuſat. Mollē
ocio manum durus exaſperat capulus. audi
edictum regis tui. Qui mecum non eſt contra
me eſt. et qui mecum non colligit ſpargit. Re
cordare tyrocinij tui diem. quo criſto in baptiſ
mate conſepultus in ſacramēti verba iuraſti.
pro nomine eius non te matri parciturum eſſe
non patri. Ecce aduerſarius in pectore tuo. cri
ſtum conatur occidere. ecce donatiuum quod
meditaturꝰ acceperas hoſtilia caſtra ſuſpirant.
Licet paruulus ex collo pendeat nepos. licet
ſparſo crine ⁊ ſciſſis veſtibus. vbera quibus te
nutrierat mater oſtentat. licet in limite pater
iaceat. per calcato parge patre. ſiccis oculis
ad vexillum crucis paruola. ſolum pietatis
genus eſt in hac re eē crudelē. Veniet veniet
dies poſtea q̄ victor reuertaris in patriā. quo
iheroſolimā celeſtē. vir fortis coronatꝰ incedas

Tunc municipatum cum paulo capies tunc et parentib9 tuis eiuſdem ciuitatis ius petes. tūc et pro me orabis qui vt vinceres in citaui. Ne q3 vero neſcio. qua te nūc dicas cōpede ꝓpediri Nō ē nobis ferreū pect9. nō dura precordia. nō ex filice natos. hyrcane nutriere tygrides. Et nos p iſta trāſiuim9. Nunc tibi blandis vidua ſoror heret lacertis. Nunc illi cum quib9 adole uiſti vernaculi aiunt. Cui nos ſeruituros relin quis. Nunc et gerula quondam iam an9. et nu trici9 ſecūd9 poſt naturalē pietatē paē damitat moritur9. Expecta pauliſper et ſepeli. forſitan et la xis vberum pellibus. arata rugis fronte ātiquū referens. māma lac dare cōgeminet. dicant et ſi volunt gramatici. In te omīs domus reclina ta recumbit. facile rūpit hec vincula amor xp̄i et timor gehenne. At contra ſcriptura precipit parentibus obſequendum. Sed quicūq3 eos ſu pra xp̄m amat perdit animam ſuam. Gladiū te net hoſtis vt me pimat. et ego de matris lacri mis cogitabo3. ꝓpter patrem miliciam deſeram cui ſepulturam xp̄i cauſa nō debeo quā etiā om nibus ei9 cauſa debeo. dn̄o paſſuro timide con ſulens petr9 fuit ſcandalū. paulus retinentib3 ſe fratribus ne Iheroſolimā pgeret reſpondit Quid facitis plorātes et cōturbantes cor meū. Ego enī nō ſolū ligari. ſ3 et mori in Iheroſolimā

ſum patus ꝓ noīe dn̄i noſtri ihesu xp̄i. Aries i
ſte pietatis quo fides quatit̄. euangelij retinē
d⁹eſt muro. Mater mea ⁊ fratres mei hij ſūt
qui faciunt volūtatē patris mei qui in celis eſt
Si credūt in criſto faueāt michi ꝓ ei⁹ nomine
pugnaturo. Si nō credūt mortui ſepeliant moꝛ
tuos ſuos. Sꝫ hoc ais in martirio. Erras frater
erras. ſi putas vnq̄ xp̄ianum pſecucōnem nō
pati. Et tūc maxime oppugnaris. ſi te oppugna
re neſcis. Aduerſari⁹ noſter tāq̄ leo rugiens
circuit q̄rens quē deuoꝛet. et tu pacem putas.
Sedet in inſidijs cū diuitibus in occultis vt inf
ficiat innocentem. oculi ei⁹ in paupem reſpici
unt. Inſidiatur in occulto ſicut leo in ſpelunca
ſua. Inſidiat̄ vt rapiat paupem. ⁊ tu frondoſe
arboꝛis tect⁹ vmbraculo molles ſonos futura
p̄da carpis; inde me pſequit̄ luxuria. inde aua
ricia conatur irrūpe. inde venter meus vult mi
chi deus eſſe ꝓ xp̄o. Conpellit libido vt habi
tātem i me ſpm̄ ſanctū fugē. vt tēplū ei⁹ violē
Perſequitur me inq̄ hoſtis cui nomiā mille. et
mille nocēdi artes. ⁊ ego infelix victoꝛē me pu
tabo. dū capioꝛ. Nolo frater kmē. examinato
pondere delictoꝝ minoꝛa ydolatrie arbitreis cri
mina eē que diximꝰ. Immo apoſtoli diſce ſniā
q̄ ayt hoc eni ſcitote intelligentes. Quia omnis
foꝛnicatoꝛ aut immūd⁹. ā auar⁹. aut fraudatoꝛ.

q̄d eſt ydolatria. non habet hereditatem in re
gno xp̄i et dei. Et ꝙ quā gnāliter aduerſus deū
ſapiat quicq̄d dyaboli ⁊ q̄d diaboli ē ydolatrie
ſit cui oīa ydola mācipātur. tn̄ ⁊ i alio loco ſpeci
aſi nominatiq; determinat dicēs. Mortificate mē
bra veſtra q̄ ſunt ſup terram. deponētes fornica
cōnem et inmundiciam. ⁊ cōcupiſcentiam ma
lam. et cupiditatem ⁊ auariciā q̄ ſunt ydolorū
ſeruitus. ꝓpter que venit ira dei. Non eſt tantū
in eo ſeruitus ydolis. ſi quis duobus digitulis
thura cōprehenſa in buſtū are iaciat. aut hau
ſtum patere poculo fundat merum. Neg; aua
riciam eſſe ydolatriam. q̄ poteſt triginta argen
teis dn̄m venditum appellare iuſticiam. Neget
ſacrilegium eſſe. qui in libidine ſedet. qui men
bra xp̄i ⁊ hoſtiam viuā placentē deo cū publica
rum libidinū victimis nepharia colluuioē vio
lauit. Non fateatur fraudē ydolatriam eſſe. ſit
ſimilis eoꝝ. qui in actib9 apl̄oꝝ ex patrimoio
ſuo partem precij reſeruantes p̄nti periere vin
dicta. Animaduerte frater. non tibi licet quīt
ꝙ de tuis habē rb9. Omnis inquit dn̄s qui nō
renunciaueit omnibus q̄ poſſidet. nō poteſt me
us eē diſcipulus. Cur timido animo xp̄ian9 es
Reſpice cum petro relictum rethe. Reſpice fur
gentem de theolonio publicanum. ſtatim apo
ſtolū. Filius hominis nō hab; vbi caput ſuum

reclinet ⁊ tu amplas portic9 et ingentia tectorū
ſpacia metiris: hereditatem exſpectas ſeculi co
heres xpi Interpretarē vocabulū monachi. hoc
eſt nomen tuum. Quid facis in turba. qui ſol9
es. Et hec ego non integra rate vel mercib3 nec
quaſi ignar9 fluctuum ⁊ indoctus nauta p̄mo
neo ſed quaſi nup naufragio eiectus in litus ti
mida nauigaturis voce denūtio. In illo eſtu ca
ribdis luxurie. ſalutem vorat. ibi ore virgineo
ad impudicitie pꝑtranda naufragia ſcillaceū
renitens blanditur libido. hic barbarum litus
hic dyabol9 pirata cū ſocijs portat vincula ca
piendis. Nolite credē nolite eſſe ſecuri. licet in
morem ſtagni fuſum equor arrideat. licet vix ſū
ma elementi iacentis ſpū terga criſpētur. Ma
gnos hic campus montes habet. int9 incluſos
Int9 ē piculū. int9 ē hoſtis. Adducite expedite
rudētes. vela ſuſpendite. crucis autēna figat in
frontib9. Trāquillitas iſta tēpeſtas eſt. Quid
ergo. Quicūq3 in ciuitate ſunt. xpiani non ſunt
Non eſt tibi eadē cauſa q̄ ceteris. dn̄m auſculta
dicentē. Si vis pfect9 eē vade ⁊ vende oia tua ⁊
da paupib9 ⁊ veni ſequē me. Tu aūt pfectū te
eſſe pollicit9 es. nā cū derelicta domo milicia ca
ſtraſſes. te ꝓpt regnū celoꝝ Et q̄d aliud q̄ pfcā3
ſecut9 es vitā. Perfcūs aūt ſu9 xpi nl pt xpm
hab3. aut ſi preter xpm habet pfectus non eſt.

Et ſi pfectus nō eſt cum ſe pfectum fore deo pol
licitus eſt ante· mentitus eſt. Os autem quod
mentitur occidit animam. Igitur vt ɔcludā. ſi p
fectus es cur bona paterna deſideras. Si pfect9
non es· dn̄m fefelliſti. Diuinis euangeliū voci
bus tonat. Non poteſtis duob9 dn̄is ſeruirē. Et
audet quiſq̄ xp̄m mendacē facere· mām̄one et
dn̄o ſeruiēdo; vociferatur ille ſepe. Si quis vult
poſt me venire abneg; ſemetipſum et tollat cru
cem ſuam et ſequatur me· et ego onuſtus auro ar
bitror me criſtum ſequi. Qui dicit ſe in criſtum
credere· debet quō ille ambulauit et ipſe ambu
lare. Quid ſi michil habes vt reſponſurum ſcio
cur tam bene paratus ad bella nō militas· niſi
forte in patria tua te arbitraris hoc facere poſ
ſe· cum in ſua dn̄s ſigna non fecerit. Sed cur ſp
nis id quod dicitur. Cum autoritate ſume rati
onem. Nemo pp̄ha in ſua patria habet hono
rem. Non quero inquies honorē. ſufficit michi
cōſcientia mea. Neq; dn̄s querebat honorem
quippe qui ne a turbis rex ɔſtitueretur aufugit
Sed vbi honor non eſt ibi ɔtempt9 eſt. Vbi ve
ro contemptus ibi frequenter iniuria. Vbi ve
ro iniuria ibi et indignatio. Vbi indignacō ibi
quies nulla. Vbi quies non eſt ibi mens a p̄po
ſito ſepe deicitur. Vbi autem p inquietudinem
aliquid aufertur ex ſtudio· min9 fit ab eo quod

tollitur. Et vbi minꝰ eſt pfectū non poteſt dici
Ex hac ſupputacōne illa ſumma naſcit᷑. Mona
chum in ſua patria pfectum eſſe non poſſe. Per
fectum autem eē nolle. delinquē eſt. Sed de hoc
gradu pulſus ꝓuolabis ad clericos. An de hiis
audeam aliquid dicē. qui certe in ſuis vrbibus
cōmorantur. Abſit vt de hiis quitꝗ̄ ſiniſtrū lo
quar qui apoſtolico gradui ſuccedētes. criſti cor
pus ſacro ore conficiunt p quos nos etiam cri
ſtiani ſumus qui claues regni celorum haben
tes. quodāmō an̄ iudicij diē iudicāt. q̄ ſpōſam
dn̄i ſobria caſtitate ꝯſeruāt. Sȝ alia. vt an̄ pſ̄tri
xi mōchi cā eſt. alia clericoꝝ ē. Clerici oues pa
ſcūt. ego paſcor. Illi de altario viuūt. michi q̄ſi
infructuoſe arbori ſecuis ponit᷑ ad radicē. ſi mu
nus ad altare non defero. Nec poſſum obtendē
pauptatem. cū in euangelio anu viduā. duo q̄
ſola ſibi ſuperāt era mittētem laudauit dn̄s.
Michi āte pſ̄brm ſedere nō licȝ. illi ſi peccauero
licȝ me tradere ſathane in interitum carnis. vt
ſpiritus ſaluus fiat. Et in veteri quidem lege q̄
cumqȝ ſacerdotibus non obtemperaſſet. aut ex
tra caſtra poſitus lapidabat᷑ a populo aut gla
dio ceruice ſbiecta ꝯtēptū expiabat cruore Nūc
vero inobediēs ſpūali mucroē trūcatur. aut eie
ctꝰ de eccīa rabido demonū ore decerpit᷑. Quid ſi
te q̄ȝ ad eūdē ordiēȝ pia frm̄ blādimēta ſollicitāt

gaudebo de aſcenſu·timebo de lapſu.Qui epiſco
patum deſiderat bonũ opus deſiderat.Scimus
iſta·ſꝫ iunge quod ſequitur.Oportꝫ autẽ hmõi
irreprehenſibilem eſſe·vniꝰ vxois virum·ſobri
um·pudicum·prudentẽ·ornatum.hoſpitalem·
docilem·non vinolentum·nõ percuſſorem·nõ bi
linguem·ſꝫ modeſtum non litigioſum.Et ceteris
de eo que ſequũtur explicitis nõ minorem in ter
cio gradu adhibuit diligenciam dicens.Dya
cones ſimiliter pudicos nõ bilingues non mul
to vino deditos·nõ turpi lucro deditos.haben
tes miſterium fidei in cõſciencia pura.Et hij au
tem ꝓbẽtur primũ·ꝛ ſic miniſtrent·nullum cri
men habentes.Ve illi homini qui veſtem non
habẽs nupcialem ingreditur ad cenam.Nichil
ſupereſt niſi vt ſtatim audiat.Amice quõ huc
intraſti.et illo obmuteſcente dicat̃ miniſtris.
ligate illum pedibus ꝛ manibus·ꝛ mittite i te
nebras exteriores·ibi erit fletus·ꝛ ſtridor den
cium.Ve illi qui acceptum talentũ in ſudario
ligans·ceteris lucra facientibus id tantum qḋ
acceperat reſeruauit.illico indignãtis dñi clamo
re ferietur.Serue nequã quare non dediſti pe
cuniam meam ad menſam·et ego veniẽs cum
vſuris exigiſſem·quod meũ eſt.id eſt depoſuiſ
ſes ad altarẽ quod ferre non poteras·dum eni
tu ignauus negociator·denarium tenes alteriꝰ

locum qui pecūniam duplicare poterat occupā
ſti. Quamobrem ſicut qui bene miniſtrat. bonū
opus ſibi acquirit ita qui indigne ad calicē do
mini accedit. reus erit dominici corporis ꝛ ſāgui
nis. Nō omēs ep̄i ep̄i ſunt. Attendis petrum. ſꝫ
et iudam conſidera. Et ſtephanū ſuſpicis. ſed
ꝛ nycolaum reſpice. quē dn̄s in apocalipſi ſua
dampnat ſententia. qui tā turpia et nefanda
conmentatus eſt. vt neophitarum hereſis ex il
la radice naſceretur. Probet ſe vnuſquiſqꝫ. ꝛ ſic
accedat. Nō facit eccl'iaſtica dignitas xp̄ianum
Cornelius centurio adhuc ethnicus. dono ſan
cti ſpiritus mūdatur. p̄ſbiteros daniel puer iu
dicat. Amos ruboꝝ mora diſtringēs repente ꝓ
pheta eſt. Dauid paſtor eligit' in regem. minimū
diſcipulū amat ihesus plurimū. Inferiꝰ frat' ac
cumbe. vt minore veniēte surſū iubearis aſcen
dere. ſup quē dn̄s requieſcit niſi ſuper humilem
et quietum et trementem verba ſua. Cui plus
creditur. plus ab eo exigitur. Potentes potent'
tormenta patientur. Nec ſibi quiſqꝫ de corporis
caſtitate tantummodo ſupplaudat. Cum omne
verbum ocioſum quodcumqꝫ locuti fuerint ho
mines reddituri ſint pro eo racōnem in die Iu
dicij. Cum etiam conuicium in fratrem homicī
dij ſit reatus. Non eſt facile ſtare in loco pauli
petri tenere gradum iam cum criſto regnantiū

Caue ne forte veniat āgel⁹ q̄ ſcindat velū tēpli
tui. q̄ cādelabꝝ tuū de loco moueat. Edificatur⁹
turrim futuꝛ opis ſūpt⁹ ſuppura. Infatuatū ſal
ad n̄l eſt vtile n̄ vt ꝓiciat foras ⁊ a porcis ↄcul
cet. Monach⁹ ſi ceciderit rogabit ꝓ eo ſacerdos
Pro ſacerdotis lapſu. q̄s rogatur⁹ eſt. Sꝫ qm̄ a
ſcopuloſ locis enauigauit oīo. ⁊ int̄ cauas ſpu
meis fluctibꝫ cautes fr̄gil' ī altū cymba ꝓceſſit
Expādenda vela ſūt vētis. et queſtionū ſcopul'
tñſua datis. letaciū moē nautaꝝ epylogi celeu
ma cātand' ē. O deſertū floꝛib⁹ vernās xp̄i. O ſo
litudo in q̄ illi naſcunt̄ lapides. de q̄b⁹ in apocali
pſi ciuitas mḡni ꝛ̄egis ↄſtruit̄. O hēm⁹ familiar
us deo gaudēs. Quid agis frat̄ in ſeculo. q̄ ma
ior es mūdo. Quādiu te tectoꝝ vmbre p̄mūt q̄
diu fumoſaꝝ vrbiū carcer includit. Crede m̄ ne
ſcio q̄d pl⁹ lucis aſpicō. libet ſarcina carnis ab
iecta. ad puꝝ etheris euolaē fulgorē. Pauptatē
times. ſꝫ paupes btōs xp̄s appellat. laboꝛē tercis
Sꝫ nemo adletha ſine ſudoꝛib⁹ coronat̄. De cibo
cogitas. ſꝫ fides famē nō timꝫ. Sup̄ nudā humū
metuis excſa ieiunijs mēbr̄ collidē ſꝫ caput tuū
xp̄⁹ ē. Infinita hēmi vaſtitas terret. Sꝫ tu padi
ſum mēte deābula. Quotienſcūqꝫ illuc mēte cō
ſcenderis. tociēs ī hēmo nō eris. Scabra ſine bal
neis attrahit̄ cutis. ſꝫ q̄ ī xp̄o ſemel lot⁹ ē. nō illi
neccē ē iteꝝ lauari. Et ut breuiter ad cūcta audias



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aplm tr̄ndentē. Non ſunt inquit cōdigne paſſiones huiꝰ temporis ad ſupuenturā gloriā q̄ reuelabitur in nobis. Satis delicatꝰ es frat. ſi a hic vis gaudē cū ſeculo. a poſtea regnaē cū xp̄o. veniet et veniet dies illa. qua corruptiuū hoc a mortale induat incorrupcōnē. a immortalitatē. Beatus ſuus quē dn̄s inueneit vigilātem. Tūc ad vocē tube pauebit terra cū popul tu gaudebis Judicaturo dn̄o lugubri ore mundꝰ immugiet. Et tribus ad tribū pectora ferieēt. Potētiſſimi quōdā reges nudo latē palpitabūt. Et exhibebit cū prole ſua venꝰ. Tunc ignitꝰ iupit adducet. Et cū ſuis ſtultꝰ plato diſcipul. tūc ariſtotil argumēta nō pderūt. Tūc tu ruſticanꝰ a paup exultab. ridebis a dices. ecce crucifixꝰ deꝰ meꝰ. ecce iudex. qui obuolutꝰ pānis in p̄ſepio vagijt hic eſt ille fabri a q̄ſtuarij filiꝰ. hic q̄ mats geſtatꝰ ſinu. hoiez deꝰ fugit i egiptū. hic veſtitꝰ coccino hic ſentibꝰ coronatꝰ. hic magꝰ demoniū hn̄s a ſamarites. Cerne manꝰ iudee quas fixeras. Cerne latꝰ romane qd fođeras. videte corpꝰ an idē ſit corpus. qd dicebatis clā nocte ſuſtuliſſe diſcipulos. vt tibi hec frater dicerē cōpulit me tua dilectio. vt hijs intereſſe cōtingat. quibꝫ nūc labor durus eſt.

Explicit Epiſtola ſācti Jheroimi. Ad Elyodoꝝ

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf